q̄ deus visitauit plebē suam· Et nota q̄ christus fuit magn⁹ ꝓphe
ta q̄ habuit verba magne sapientie· Ioh· vij· Nunq̄ȝ sic locutus ē
homo· Habuit miracula magne potētie· Lu· vj· Virtus de illo exi·
et sa· om· Habuit exempla magne sanctitatis ⁊ vite· Math· xj· Di:
scite a me q̄ mitis sum ⁊ humilis corde· Fuit etiā noster visitator
Lu· j· Visitauit nos oriens ex alto· In cuius figura dixit ei deus pa
ter· Fratres tuos visitabis si recte agant ⁊ cū quib⁹ ordinati sunt
disce· j· Re· xvij· Officium nanq̄ȝ visitatōnis est inq̄rere de vita· et
ideo dicit· si recte agāt· Inquirere ꝺ fama· et ideo subdit· cū quib⁹ or:
dinati sunt disce· Christus igit̄ ad nos visitandos veniens ⁊ inqui
rens de vita inuenit in nobis opa mala· Ioh· iij· Erant em̄ eoꝝ ma
la opa· Inq̄rens vero de fama inuenit q̄ eramus demonib⁹ socia:
ti Iob· iij· Frater fui draconū ⁊ socius strutōnum· Ideoq̄ȝ iste visi:
tator opa mala dissoluit· j· Ioh· iij· In hoc apparuit filius dei vt dis:
soluat opa dyaboli· Ipm vero dyabolum nobis sociatū de mūdo
eiecit· Ioh· xij· Nūc princeps huius mundi eijciet̄ foras ⁊c· Et sic p̄ȝ
totum de euangelio·

De epistola sermo· xcvij



Obsecro vos ne deficiatis in tribulatōnib⁹ meis ꝓ vobis
Eph· iij· Beatus paulus gentium apostolus in fide et
veritate· ⁊ in carcere positus ⁊ vinctus et catenat⁹· nō
cessat fideles christi docere epl'as eis scribendo ⁊ mittē
do q̄ verbum dei non est alligatum vt ipe dicit· ij· Thi· ij· Erat au
tem paulus positus in carcere rome· quando hanc epl'am scripsit
istis ephesijs· i· asianis· quos apostolus licet nō ꝯuerterit ad fideȝ
tamē eos in fide ꝯfirmauit· Et ideo in fidei christi eruditōe filij sui
erant· Sicut aūt pater est solicitus ne filij sui peant· sic apostolus
erat solicitus de istis· ⁊ in carcere manēs· eos docere nō cessat ⁊ de
um ꝓ eis rogat vt in hac epistola p̄ȝ· In qua quidē epistola apo:
stolus tria facit· Primo orat ipoꝝ ephesioꝝ in fide accepta con
firmatōeȝ vt ꝓpter nihil ab ipa deficiant· In pncipio epistole· Se:
cūdo orat ipoꝝ in bono ꝓfectū vel ꝓficientiā· ibi· In caritate radi
cati ⁊ fundati· Tercō subiūgit ꝓ collatis bnficijs gtiaꝝ actōes ibi
Ei aūt q̄ potens est oia facē abundanter· ¶ Primo g° apl'us orat
ipoꝝ ephesioꝝ in fide accepta ꝯfirmatōȝ di· Obsecro vos sup' ꝓpt
deū ne deficiatis scȝ a veritate fidei in tribulatōib⁹ meis· i· q̄ vinct⁹
suȝ ⁊ alligat⁹· Solet em̄ hoies cito deficē ⁊ turbari i tribulatōe pa
storis· Zac· xiij· Percute pastorē ⁊ dispgent̄ oues greg· Pro vo
b· i· q̄s ꝓ vob sustineo· ij· coꝝ· i· Siue tribulamur ꝓ vr̄a exhortatōe

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-479/0820
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG